

in
n
o,
li
o.
fa.
o.
nc
ca
ir
al
cis
t
uc
is
ut
co
o,
as.
u
na
C
n,
e,
i.
bi
os
et
o-

nostrorumque amantissimum. At enim vero cogitanti mihi de significando animi TIBI, *Optime Pater*, sensu, quo TVA causa pie nunc atque hilariter commoueor, deest, fateor, hoc meo officio digna, laetitiae par, consilio voluntatique meae apta oratio. Sed quid mirum? Nam, quoties TVOrum natalium sollemnior facta est recordatio (vicies vero mihi quidem id contigisse memini) in noua semper eaque aucta voluptate, laetitia, spe, votorum precumque assiduitate, constantia et ardore, eadem tamen et antiqua fuerunt verba atque formulae repetendae, quibus ne exiguam quidem aut a delectu, aut ab acumine, aut a compositione elegantiam addere mea passa est ingenii imbecillitas. Breuius igitur, modo hac ratione honestius eo defungar, quod in huius diei celebritate pietatis est atque officii, vt et meo, et earum, quae TE patrem suspiciunt, nomine TIBI optima quaeque omniaque optem, ex animi sententia succedant, eueniant, vt sis per innumeram annorum seriem saluus fospesque, in ipso senectutis incremento, roboris maneas viriumque plenissimus, in hac reipublicae communi pace et tranquillitate tranquillior atque felicior, quam TIBI variis ad hunc usque diem infinitisque curis subacto datum fuisse videtur. Sic TVA nos florebimus tutela, TVA exultabimus felicitate, TVO fruemur etiam rerum successu, omnesque huius urbis Ciues, quos TVte vehementer amare quotidiano doces probabilique negotiorum argumento, habebimus in TE diligendo et reuerenter persequendo consentientes, socios, et imitatores. Quamuis enim magnopere eximieque TVAM colant, Pater, humanitatem, diligentiam et auctoritatem: hanc tamen nobis eripi numquam patiemur laudem, qui eadem aut maiori in TE sit nobis pietate, studio, voluntate et obseruantia, parem aut superiorem habere nos neminem, qui imitentur, plures. Quod TIBI de meo animo cum sit testatissimum: et amplius, vti TV soles, *Optime Pater*, ego etiam atque etiam TE rogo, et obtestor, TVA me ornare perges benevolentia, TVO tueri patrocinio, meisque omnino rebus fauere atque adesse.

